

1. Sam. X. & 2. Reg. II. Notissimum etiam est, Danielem
a sapientibus Babyloniæ in *lingua* pariter eorum &
sapientia institutum fuisse Dan. I, 17. Imo vero Paulum
gentilium poetarum libros legisse manifestum est ex
Act. XVII, 28. & epistola ad Tit. I, 12. Marcum Evange-
listam Alexandriæ *scholam* instituisse S. Ignatius & Poly-
carpus testantur, quod quidem referto fide Zwingeri in
theatro vitæ humanæ volum. 26. fol. 4062.

§. XIII. Huic nostrorum Doctorum & ecclesia-
rum nostrarum doctrinæ & praxi, imo omni eruditio-
ni in philologicis & philosophicis, omnibusque scho-
lis & academis autor epist. Theosoph. bellum indicit.
Literatis ecclesiarum ministris opponit *Theosophos*, illos
Schrift-Gelehrte/ hos **Gottes-Gelehrte** vocare soli-
tus. Sic Part. II. p. 133. illi vocantur: **Schrift-Ge-**
lehrte Baumeister Babels/ de se autem & complicibus
suis Part. IV. p. 75. sie seyn von Gott Gelehrte/ & p.
42. der heilige Geist sey der beste Lehrmeister in ihnen.
Item Part. I. p. 60. ita scribit: Ohngeachtet ich auch die
Philosophie und Theologie studirt, und mich in Streit-
sachen und Schriften auf Universitäten geübt/darne-
ben die **Hebräische** und **Griechische Sprachen** von
Jugend auf gelernt/ muß ich doch bekennen/ daß mir
I. B. Schriften weit bessern Dienst gethan/ als alle
Wissenschaft der hohen Schulen. Part. III. p. 81. in a-
cademica studia h. m. invehitur : O eine Tiefe des
Teuffels/ möchte man wohl sagen/ der sein Reich mit
falschen Bildern will wieder die Wahrheit beschirmen/
und eben durch die **Schrift-Gelehrte** **Pharisäer**/
als die tuba Helmstadiana ist. Quid hic per tubam